Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25958
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ostende nobis faciem tuam & salui erimus. Si licet omnia celi secreta
gratissima tamen uocationis penetrarent humilitatem. licet ipsum di
lectum in ciuitatis suae requiem constitutum. desiderabili clamoris huius
die noctuque inquietarent impetrare. idem tamen dilectus quem hanc sibi
uim inferri gaudebat. quasi non audiens. qd audire cupiebat. nec de
siderata uultus sui presentia quemcumque letificauit. nec aliquem responsi
onis uerbo. si quando fieri deberet clamantem satisfacere curauit.
Quomodo autem cum familiaris est suauitas. cum essentialis est bonitas.
quomodo inquam ad quem clamor humilium ascendit. sup tantis tamque
dilectae clamoribus tamdiu se continere potuit. Hunquid gemitum eius
non audiuit. quam ante tempora mundi sponsam sibi & matrem elegit.
& preuidit. Desiderium sedissimi cordis eius nequaquam eum latere pote
rat. cum inspiratione eundem eiusdem mentis feruorem concepit. Nam
ipse ab initio salutem humani generis ardenter sitiens. ad hoc tan
dem sibi dilectam fecit & certauit. tamque in loco peccati absque peccato e
seruans instituit & informauit. ut & in desiderio participem. & in
precedendo qd desiderauit. idoneam in tempore opportuno haberet adiu
tricem. Verum quomodo nec dum tempus acceptabile. nec dum dies salutis aduc
nerant. in quibus idem splendor patrie glorie humanae dignum ducere
subuenire miserie. longa aduentus eius expectatio. erat quodam
quasi dura & intolerabilis diu exquisite responsionis negatio.
Attamen uirgo beata cum mentis supernae petra erat fundata. qua p immu
tabile immutabilis affectum dilectionis. ei qui mutari nescit immo
biliter adherebat. de ineffabili sua omnino secura bonitate.
ab inceptae uocationis constantia. nec dilationis mora. nec aliqua dif
ficultatis reuocari poterat iniuria. Memor enim scripturae dicentis.
in die malo. ne immemor sis boni. tanto ualidius uocem cordis ex
altare studuit. quanto suauius inexhausta eius quae quesiuit dulcedinem
p intimi saporis gratiam degustare meruit. si tali quidem sua constantia p tan
ta indefessi laboris perseuerantia. quantam supernae consolationis gratiam